

MARCH 24, ST. GABRIEL THE ARCHANGEL

[Errors? help@extraordinaryform.org](mailto:Errors?help@extraordinaryform.org)

The festival of St. Gabriel was appointed for this day in the Roman Missal by Pope Benedict XV. It is placed close to the festival of the Annunciation of the Blessed Virgin to whom he announced that she had been chosen to become the Mother of God. In the Old Testament he is mentioned in the Book of Daniel, and he was the Archangel who appeared to the High Priest, Zachary, the father of John the Baptist.

INTROIT Psalms 102: 20

Benedícite Dóminum, omnes Angeli ejus: poténtes virtúte, qui fáctis verbum ejus, ad audiéndam vocem sermónum ejus. (Ps. 102: 1) Benedic, ánima mea, Dómino: et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum.

Amen. Benedícite Dóminum, omnes Angeli ejus: poténtes virtúte, qui fáctis verbum ejus, ad audiéndam vocem sermónum ejus.

COLLECT

Deus, qui inter céteros Angelos, ad annuntiándum incarnatiónis tuæ mystérium, Gabriélem Archángelum elegisti: concéde propítius; ut, qui festum ejus celebrámus in terris, ipsíus patrocínium sentiámus in cælis: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Lenten Feria: Thursday, 3rd week

Magníficet te, Dómine, sanctórum tuórum Cosmæ et Damiáni beáta sollémnitas: qua et illis glóriam sempitérnam, et opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Daniel 9: 21-26

In diébus illis: Ecce, vir Gábriël, quem víderam in visióne a princípío, cito volans tétigit me in témpore sacrificii vespertíni. Et dócuit me et locútus est mihi dixítque: Dániel, nunc egréssus sum, ut docérem te et intellégeres. Ab exórdio precum tuárum egréssus est sermo: ego autem veni, ut indicárem tibi, quia vir desideriórum es: tu ergo animadvérte sermónem et intéllege visiónem. Septuagínta hebdomades abbreviatæ sunt super pópulum tuum et super urbem sanctam tuam, ut consummétur prævaricatio, et finem accípiat peccatum, et deleátur iníquitas, et adducátur justítia sempitérna, et impleátur visio et prophetia, et ungátur Sanctus sanctórum. Scito ergo et animadvérte: Ab éxitu sermónis, ut íterum ædificétur Jerúsalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem et hebdomades sexagínta duæ erunt: et rursum ædificábitur platéa et muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexagínta duas occidétur Christus: et non erit ejus pópulus, qui eum negáturus est. Et civitátem et sanctuárium dissipábit populus cum duce: et in finibus ejus vastitas, et post finem belli statúta desolatio.

GRADUAL Psalms 102: 20, 1

Benedícite Dóminum, omnes Angeli ejus: poténtes virtúte, qui fáctis verbum ejus. Benedic, ánima mea, Dóminum, et ómnia interióra mea nomen sanctum ejus.

TRACT Luke 1: 28, 42, 31, 35

Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum. Benedícta tu in muliéribus: et benedíctus fructus ventris tui. Ecce, concípies et páries Fílium, et vocábis nomen ejus Emmánuel. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

GOSPEL Luke 1: 26-38

In illo témpore: Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Náza-reth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David. et nomen Vírginis María. Ei ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cum audisset, turbáta est in sermóne ejus: et cogitábat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne tíneas, María, invenisti enim grátiam apud Deum: ecce, concípies in útero et páries fílium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David, patris ejus: et regnabit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei: Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce, Elísabeth, cognáta tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

OFFERTORY Revelation 8: 3, 4

Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuríbulum áureum in manu sua, et data sunt ei incénsa multa: et ascéndit fumus aromátum in conspéctu Dei.

SECRET

Accéptum fiat in conspéctu tuo, Dómine, nostræ servitútis munus, et beáti Archángeli Gabriélis orátio: ut, qui a nobis venerátus in terris, sit apud te pro nobis devocátus in cælis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Lenten Feria: Thursday, 3rd week

In tuorum, Dómine, pretiósá morte justórum sacrificium illud offérimus, de quo martyrium sumpsit omne princípium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largiris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dóminatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórumque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Daniel 3: 58

Benedicite, omnes Angeli Dómini, Dóminum: hymnum dicite et superexaltáte eum in sæcula.

POSTCOMMUNION

Cóporis tui et Sánguinis sumptis mystériis, tuam, Dómine, Deus noster, deprecámur cleméntiam: ut, sicut, Gabriéle nuntiánte, incarnatiónem tuam cognóvimus; ita, ipso adjuvante, consecutiámur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Lenten Feria: Thursday, 3rd week

Sit nobis, Dómine, sacraménti tui certa salvátio: cum beatórum Mártyrum tuórum Cosmæ et Damiáni méritis implorátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Bless the Lord, all ye his angels: you that are mighty in strength, and execute his word, hearkening to the voice of his orders. (Ps. 102: 1) Bless the Lord, O my soul: and let all that is within me bless his holy name. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Bless the Lord, all ye his angels: you that are mighty in strength, and execute his word, hearkening to the voice of his orders.

O God, who didst choose from among all other angels the Archangel Gabriel to announce the mystery of Thine Incarnation, grant in Thy mercy that celebrating his feast on earth we may reap the effect of his protection in Heaven. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the blessed feast of Thy Saints, Cosmas and Damian, magnify Thee, O Lord, for on this day Thou didst, in Thine ineffable providence, confer on them everlasting glory, and on us the resource of their help. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, behold the man Gabriel, whom I had seen in the vision at the beginning, flying swiftly, touched me at the time of the evening sacrifice. And he instructed me, and spoke to me, and said: O Daniel, I am now come forth to teach thee, and that thou mightest understand. From the beginning of thy prayers the word came forth: and I am come to shew it to thee, because thou art a man of desires: therefore, do thou mark the word, and understand the vision. Seventy weeks are shortened upon thy people, and upon thy holy city, that transgression may be finished, and sin may have an end, and iniquity may be abolished; and everlasting justice may be brought; and vision and prophecy may be fulfilled; and the Saint of saints may be anointed. Know thou, therefore, and take notice: that from the going forth of the word, to build up Jerusalem again, unto Christ, the prince, there shall be seven weeks, and sixty-two weeks: and the street shall be built again, and the walls, in straitness of times. And after sixty-two weeks Christ shall be slain: and the people that shall deny him shall not be his. And a people, with their leader, that shall come, shall destroy the city, and the sanctuary: and the end thereof shall be waste, and after the end of the war the appointed desolation.

Bless the Lord, all ye His angels: you that are mighty in strength, and execute His word. Bless the Lord, O my soul, and let all that is within me bless His holy name.

Hail, Mary, full of grace, the Lord is with thee. Blessed art thou among women and blessed is the fruit of thy womb. Behold thou shalt conceive and bear a Son, and His name shall be called Emmanuel. The Holy Ghost shall come upon thee and the power of the Most High shall overshadow thee. And therefore also the Holy which shall be born of thee shall be called the Son of God.

At that time, the angel Gabriel was sent from God into a city of Galilee, called Nazareth, To a virgin espoused to a man whose name was Joseph, of the house of David: and the virgin's name was Mary. And the angel being come in, said unto her: Hail, full of grace, the Lord is with thee: blessed art thou among women. Who having heard, was troubled at his saying and thought with herself what manner of salutation this should be. And the angel said to her: Fear not, Mary, for thou hast found grace with God. Behold thou shalt conceive in thy womb and shalt bring forth a son: and thou shalt call his name Jesus. He shall be great and shall be called the Son of the Most High. And the Lord God shall give unto Him the throne of David His father: and He shall reign in the house of Jacob for ever. And of His kingdom there shall be no end. And Mary said to the angel: How shall this be done, because I know not man? And the angel answering, said to her: The Holy Ghost shall come upon thee and the power of the Most High shall overshadow thee. And therefore also the Holy which shall be born of thee shall be called the Son of God. And behold thy cousin Elizabeth, she also hath conceived a son in her old age: and this is the sixth month with her that is called barren. Because no word shall be impossible with God. And Mary said: Behold the handmaid of the Lord: be it done to me according to thy word.

An Angel came and stood before the altar of the temple, having a golden censer in his hand: and there was given to him much incense, And the smoke of the perfumes ascended before God.

May the offering of our service and the prayer of the blessed Archangel Gabriel be acceptable in Thy sight, O Lord; that he whom we venerate on earth, may be our advocate before Thee in Heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We offer Thee, O Lord, in the meritorious death of Thy Saints, this sacrifice, from which alone martyrdom hath sprung. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

All ye angels of the Lord, bless the Lord: sing a hymn, and exalt Him above all for ever.

Having partaken in the mysteries of Thy Body and Blood, we implore Thy clemency, O Lord our God; that we to whom Thine Incarnation was made known by the message of Gabriel, may likewise obtain through his help the benefits of that same Incarnation. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May we be allotted, O Lord, the salvation pledged by Thy sacrament, which we implore by the merits of Thy blessed Martyrs Cosmas and Damian. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.